

tes dixerunt et dicunt. Et postea:¹⁰ *Et deorum pugnas, quae Homerus finxit, non recipiendas in civitatem, nec in allegoriis fictas, nec sine allegoriis. Adolescens enim non potis est iudicare, quid nam allegoria et quid non.*

- 5 Aristoteles quoque libri 4. Sapientiae capite 8. scribit:¹¹ *Traditum est a veteribus ac priscis in fabulae figura relictum posterioribus, quod Dii sint hi, et quod divinum continet universam naturam, reliqua vero fabulose iam adiecerunt ad persuasionem vulgi et ad legum ac utilitatis usum. Hominis^{xiii} enim figuris eos et animalium quorundam*
 10 *similes dicunt et his alia consequentia et affinia dictis, a quibus, si quis separans, primum illud solum accipiat, quod Deos putarent primas essentias esse, divinae dictum esse existimabit.* Et 1. Meteoro capite 9. haec alia habet:¹² *Quare, siquidem sub aenigmate dicebant Oceanum priores forte hunc ipsum fluvium, qui circulo fluit circa terram.* Et li-
 15 *bro De animalium motu capite 3:¹³ Fabulatores autem Atlantem fingentes super terram habentem pedes videantur sub allegoria dixisse fabulam hunc veluti diametrum esse et vertere coelum circa polos.*

¹⁰ καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος ἐποίησεν οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὐτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὐτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. ὁ γὰρ νέος οὐχ οἶός τε κρίνειν ὅτι τε ὑπόνοια καὶ ὁ μή. [PLATO, R. 378.d.5–8]

¹¹ παραδέδοται δὲ παρὰ [ὑπὸ] τῶν ἀρχαίων καὶ παμπαιῶν [παλαιῶν] ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον ὅτι θεοὶ τέ εἰσιν οὗτοι, καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῆκται πρὸς τὴν πειθῶ τῶν πολλῶν. καὶ πρὸς τὴν εἰς [πρὸς] τοὺς νόμους καὶ συμφέρον χρῆσιν· ἀνθρωποειδεῖς τε γὰρ τούτους, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίους τισὶ λέγουσι, καὶ τούτοις ἕτερα ἀκόλουθα καὶ παραπλήσια τοῖς εἰρημένους, ὧν εἰ τις χωρίσας αὐτὸ λάβοι μόνον τὸ πρῶτον, ὅτι θεοὺς ὦντο τὰς πρῶτας οὐσίας εἶναι, θεῖως ἂν εἰρησθαι νομίσειεν. [ARIST. Metaph. 1074a.38–b.10]

¹² ὥστ' [ὡς] εἶπερ ἠνίττοντο τὸν ὠκεανὸν οἱ πρότερον, τάχ' ἂν τοῦτον τὸν ποταμὸν λέγοιεν τὸν κύκλῳ ῥέοντα περὶ τὴν γῆν. [ARIST. Mete. 347a.6–8]

¹³ οἱ δὲ μυθικῶς [μυθικοὶ] τὸν Ἄτλαντα ποιοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς ἔχοντα τοὺς πόδας δόξαιεν ἂν ἀπὸ [ὑπὸ] διανοίας εἰρηκέναι τὸν μῦθον, ὡς τοῦτον ὥσπερ διάμετρον ὄντα καὶ στρέφοντα τὸν οὐρανὸν περὶ τοὺς πόλους· [ARIST. M A 699b.27–30]

^{xiii} Corr. ex Homines